



# Disputatio quadragesima prima, de acceptilatione & novatione

<https://hdl.handle.net/1874/341619>

DISPUTATIO JURIDICA  
QUADRAGESIMA PRIMA,  
DE  
Acceptilatione, & Novatione.

*Quam*

D. O. M. I.

P R A E S I D E

*Viro Clarissimo,*

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-  
tecessore Primario, In illustri Academiâ  
Ultrajectinâ.

*Publicè defendet*

FANCISC. HERMAN. MONTANUS Amst. Batav.  
*Ad diem 19. Maij. horâ locoque solitis.*



VLTRAIECTI,

Ex Officinâ JOHANNIS à WAESBERGE,  
Anno cœl 15 c LII.

*Nobilissimes, Ampliss. Spectatissimisque Viris,*

DD. FRANCISCO MEERMAN, Delphensium  
Exconsuli, quondam inter Illustres DD. Ordines  
Generales electo, nunc ad comitia præpotentium  
DD. Ordinum Provincialium delegato.

DD. THEODORO GRASWINKEL. J.U.D. celeberrimo, Curiæ  
Hollandiæ Fisci Advocato, Equiti S. *Hanc suscep-*  
*tors, utriusque co-*  
*gnato summo ho-*  
*nore prosequen-*  
*do.*  
Marci.

D. PETRO GILLON. J. U. D. Affini plurimum  
colendo.

D. JOHANNI MEERMAN. J. U. D. pro tribunali  
Leydensium causarum patrono fidelissimo, fratri  
cognitione amitino, amore germano.

D. THEODORO à ZUYLEN ab Atevis Optioni,  
seu Accenso Præfecti & centurionis civitatis Reno-  
bercensis, cognato nunquam non observando. Ami-  
cis, & fautoribus omnibus & singulis,

*Hasce primitias juris submisse*

Offert & Inscrbit

Fr. H. MONTANUS,

*Resp.*

DISPUTATIO JVRIDICA,  
QUADRAGESIMA PRIMA,  
DE

ACCEPTILATIONE  
ET  
NOVATIONE.  
THESIS. I.



Cceptatio nihil est aliud, quam verbo-  
rum conceptio, quibus creditor debito-  
rem perinde absolvit, ac si re sibi satisfe-  
cisset. Ita malumus, quoniam definitio  
Modestini in. l. 1. D. h. tit. angustior est  
definitio, *Vide* §. 1. Inst. Quib. mod. solv. ob-  
lig. l. an inutilis 8. §. acceptum l. & uno 18. §.  
1. l. ult. D. h. tit. Cuj. 5. obs. 36. Hotom. 3. obs. 38.

II.

Hæc quoniam verbis constat, ipso jure tollit tantum ver-  
borum obligationem d. l. 8. §. acceptum junct. l. nihil tam 35.  
l. fere 153. D. de reg. jur. Reliquæ obligationes ante no-  
vandæ sunt & transfundendæ in stipulationem, deinde tol-  
lendæ per acceptilationem d. l. 18. & ult. d. §. 1. & seq. Inst.  
Quib. mod. toll. oblig. Vnde nonnulli acceptilationem divi-  
idunt in Aquilianam, & in specie ita dictam Zanger. 3. de Ex-  
ercept. 7. n. 15. Verum non est ea divisio generis in species.

III.

Caeterum non refert, utrum pura sit obligatio, an in di-  
em, vel sub conditione contracta: omnes acceptilatione tol-  
li possunt, licet effectus acceptilationis appareat demū, ex-  
istente die vel conditione l. quod in diem 12. l. 6 sub conditione  
21. D. h. t. Ipla tamen acceptilatio neque diem, neq; condi-

Sf 2

tio-

tionem recipit l. 4. & 5. D. eod. l. auctus legitimi 77. de reg. jur.  
Nec adveratur l. sub conditione 16. D. de solut Briffon. ad eund.  
tit. cap. de acceptil. Zanger. d. cap. 7. n. 83.

I V.

An per procuratorem possit acceptilatio fieri dubitatum  
est? Procuratorem enim, qui mandatum habet, admittit  
Paulus in l. 3. D. de acceptil. Contra excludere eundem vide-  
tur Vlpianus in l. & per jus jurandum 13. §. tutor D. eod. Non  
sunt ista vere cont raria l. 4. C. de novat. Cujac. 15. obf. 16. Ho-  
tom. ill. quast. 34. & in Epit. D. mand. n. 21. Briffon. d. loc.

V.

Adjecto solvi potest, etiam invito stipulatore. §. si quis  
alii Inst. de inut. stipul. l. vero 12. §. pen. D. de solut. nec tamen  
is accepto ferre promislori potest. l. quod stipulatus 10. D. eod.  
Tutoribus & curatoribus similiter solvi potest: nec tamen  
accepto ferre debitori pupilli possunt. d. l. 13. §. tutor D. h.  
tit. Vnde apparet, acceptilationem non in omnibus pro lo-  
utione cedere.

V I.

Quid si ex pluribus reis debendi uni accepto feratur, an li-  
berantur reliqui? Liberantur: l. si ex pluribus 16. D. h. tit. l. 2.  
D. de duob. reis. Nec adveratur l. 2. §. si tamen hominem D. de V.  
O. l. 1. C. de transact. Ac licet nonnulli temperent hanc senten-  
tiā ita, ut fallat, si creditor liberando cedat actiones suas  
adversus conreos: Zanger. d. cap. 7. n. 53. temperamentum  
tamen hoc loca juris ab eis adducta minime probant.

V L I.

Si acceptilatio inutiliter facta sit, valet tamen ut pactum  
de non petendo l. an inutlis 8. pr. D. h. tit. Nec obest, quod  
stipulatio inutilis non valet ut pactum de petendo l. 1. §. si  
quis ita D. de V. O. Coras. Cujac. Donel ibid. Diff. glof. in l. si  
unus 27. §. pen. D. de pact. Duar. in d. §. si quis ita.

Non

### V I I I.

Non solum totum debitum , sed & partem accepto ferre possumus l. 9. 10. 13. §. 1. l. 17. D. b. tit. Sed si alternativa sit obligatio , ut Stichum aut decem: altera re accepto lata , tota obligatio perimitur . d. l. si unus §. sed si stipulatus D. de pæt. Nec aduersatur d.l. 13. §. si Stichum aut decem D.b.tit. Cujac. in d. §. sed si stipulatus Briffon. d. cap. de acceptil. Peck. in e. in alternativis de reg. jur. in 6. n. 5. Item si genus stipulatus , veluti hominem , accepto tulerit Stichum , totam obligationem consumit . d.l. 13. §. si is qui hominem D. b. tit. Nec mutat d. l. 27. §. sed si generaliter de pæt. l. qui hominem II. D. de adim. vel transfer. legat. Cuj. & Briffon. dd. loc. Con. 5. com. 4. n. 10. Zang. d. cap. 7. n. 76.

### I X.

*Novatio* est prioris debiti in aliam obligationem , vel civilem , vel naturalem transfusio atq; translatio l. 1. D. de novat. Estque vel voluntaria vel necessaria: illa per stipulationem fit: haec per litis contestationem vel judicatum l. 1. & 3. C. b. tit. l. aliam 29. D. eod. l. ult. vers. si enim novatio C. de usur. rei jud. Adjiciunt nonnulli laudum , seu pronuntiationem arbitri , Ronchegal. ad pr. l. 3. D. de duob. reis n. 19. Pyrrh. Maur. part. 2. de fidejus. sect. 10. §. 4. n. 4. quod non aliter admittimus nisi laudo litigantes subscripterint , vel decem dierum silentio confirmaverint. arg. l. pen. C. de recepte.

### X.

Voluntaria porro fit quatuor modis. Aut enim causa debendi mutatur , aut debitor , aut creditor , aut uterque. Mutatione vero personæ , in primis debitoris , specialiter delegatio appellatur l. delegare 11 D. b. tit. l. cum indebitum 57. §. 1. D. de cond. indeb. l. 5. l. quamvis 8. §. 5. & 6. D. ad SC. Vellej. Sed si ve causa mutetur , sive persona , necesse est hoc exprimi à contrahentibus , velle te novare priorem obligationem l. ult. C. de novat. Glos. in l. 2. C. b. tit. Sich. in d. l. ult. n. 6. Decis. rot. Genu. 2. nu. 19. & seqq. Grivel. decis. III. nu. 23. Diss. quantumad delegationem VVes. in parat. b.

n. 6. Moller. 2. const. elect. 19. n. 19. Gabr. de novat. concl. 1. n. 49. Pyrrh. d. seft. 10. §. 5. n. 5. Generalius Menoch. 3. præf. 134. n. 34. & seqq.

X I.

Vnde patet etiam errare illos, qui putant, non obstante d.l.ult. novationem fieri tacite, si non ipso jure, saltem ope exceptionis, urgentibus conjecturis. Giph. in. d.l.ult. Ronchegall. in. l. 3. pr. duob. reis n. 17. Moller. d. loc. n. 18 Thesaur. decis. 125. n. 9. Gail. 2. obs. 30. n. 3. Schneid. in §. præterea. 3. Inst. Quib. mod. toll. obligat. Diff. Afflit. decis. 44. n. 15. Mascard. de probat. concl. 1112. n. 20. Menoch. d. loc. n. 49. Fach. 3. contr. 92.

X I I.

Neque tamen imus inficias, si posterior contractus repugnet priori, & cum eo consistere non possit, tolli obligationem ex priore contractu: ut si pecuniam apud te deposuero, deinde chirographo dato contraxerimus mutuum l. certi conditio 9. §. ult. l. singularia 15. D. de reb. cred. l. quatra-  
tione 9. §. interdum D. de adq. rer. dom. l. parta 72. D. de contrah. emt. Verum id nihil omnino ad confirmandam illam sententiam de conjecturis attinet. Diff. Menoch. d. loc. n. 39. Pyrrh. Mau. d. seft. 10. §. 4. n. 22. Decis. rot. Rom. Ludovis. 76. n. 1. & 8. & Cocc. 329. n. 1. & seqq.

X I I I.

Ex superioribus colligitur, nullam contingere novationem per collybum, etiam si collybista, vel argentarius, aut quis alias suscepit literas mandati. Decis. Rot. Genu. 1. n. 20. & seqq. Menoch. d. præf. 134 n. 5 3. & seqq. Nullam, si restitu-to veteri chirographo, novum accipiam cum augmento crediti. Decis. Rot. Rom. Ludov. 447. n. 2. Moller. d. cap. 19. n. 9. & seqq. Nullam, si ædes vendam ea lege, ut redditum ædibus impositum emtor præstet l. vlt. §. 1. D. de contr. emt.

X I V.

Porro novari omnis obligatio potest: seu naturalis, seu civilis: sive ex contractu, sive ex delicto descendat l. 1. §. 1. & l.

& l.2.D.h.tit. Nec interest, pura sit prior obligatio, an diem, vel conditionem habeat. Quin etiam futuram obligationem novare possumus l.Stichum 8. §.1. & §.seq. l. quotiens 14. §.1. D.eod.

### X V.

Sed sequens obligatio ut civiliter consistat, non est necesse, sufficit eam naturaliter consistere d.l. 1.pr.D.h. tit. Itaque si pupillus sine tutoris autoritate stipulanti expromiserit prior obligatio tollitur. Si servus expromiserit, nulla contingit novatio, tametsi servus quoque obligetur naturaliter d. §. præterea Inst. Quib. mod. toll. oblig. d. l. 1. §. 1. in fin. l. servi 14. D.de obl. & ait. Hæc non pugnant. Cujac. 8.obs. 11. Aliter Hotom. in d. §. præterea.

### X V I.

Stipulatus sum à te, Stichum dari: cum moram fecisses, eundem Stichum stipulor sub conditione nouandi gratia: Stichus postea decessit, coque mortuo extitit conditio: an fit novatio? Adfirmat Venulejus in l. finem 3. 1.pr.D.h.tit. Negat Marcellus in l. qui decem 72. §. cum Stichum D.de Solut. & liber. Ne hæc quidem respona pugnant Cujac. 25. obs. 17.

### X V I I.

Effectus novationis est, ut perimat non solum priorem obligationem principalem l. 1.pr.D.h. tit. sed & accessiones eiusdem: veluti constitutum, fidejussionem, pignora & hypothecas, cursum uluratum l. novatione 18. D. h. tit. l. 4.C. de fidejus. Sed si in posteriore obligatione pignora eadem repetantur, protopraxian temporis inter creditores non amittit stipulator. l. 3.l. creditor 12. §. Papinianus l. ult. D. Qui pot. in pign.

### X V I I I.

Quid si privilegium habens, non temporis prærogativam, delegaverit debitorem suum alii; an per expromissionem perimitur privilegium? Distinguendum videtur: privilegium personæ cohærens perimitur: non perimitur cohærens

cav-

causæ vel rei arg. l. aliam 29. D. b. tit. l. l. dabimusque  
19. pr. & §. 1. D. de reb. aut. jud. possid. l. ex pluribus 42.  
D. de admin. tut. l. in omnibus 68. l. privilegia 196. D. de reg. jur.  
Nec aduersatur l. quasitum 17. §. quare D. de reb. aut. jud. possid.  
Vide Donel. 15. com. 43. Sand. de cœf. act. cap. 9. n. 7. Marant. ad l.  
si actor. n. 26. de procur.

### XIX.

Expromisit is, qui delegantem exceptione perpetua sum-  
movere poterat. Si petatis cui expromissum est, an expromis-  
sori proderit eadem exceptio? Negat Paulus in l. si quis delega-  
verit 12. l. doli exceptio 19. D. b. tit. Nec impingit in regulas  
illas juris 68. 196. de R. I. S. exceptiones Inst. de replicat. l. excep-  
tiones 7. §. 1. D. de except. Zang. 3. de except. G. n. 55. & seqq.

### XX.

Delegasti mihi debitorem, quem facta expromissione de-  
prehendo nou. esse solvendo: an datur mihi aduersus te re-  
gressus aliquis? Non datur, nisi dolo malo affirmaveris ido-  
neum esse l. & eleganter 7. §. ult. & l. seq. l. cum à te 25. l. qui-  
dam debitor 38. D. de dol. mal. l. inter causas 26. §. abesse D. mand:  
l. cum ea 68. §. 1. D. de Evit. Nec aduersatur l. quamvis §. §. si  
convenerit. D. ad SC. Vellej. Zang. de cap. 6. n. 52.

## DISP V.

### III. V. Y.